tunc interrogabat cayn . vbi eſt abel frater tuus. Ille autem pu-
ta̅s interrogationem ab iuſticia ꝓcedere dicit. Neſcio . nunquid cu
ſtos fratris mei ſum . atq; vbi mentem probauit . tu̅c increpauit fa-
cinus dicens. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Sic
et nu̅c vbi dyabolum interrogans fugam qua̅ pertulerat ab eo non
didicit . ip̄e tande̅ edicit fugam . victoriaq; iuſti laudibus celebrat.
Nunqđ co̅ſideraſti ſeruu̅ meum ꝙ non eſt ſimilis ei ſuper terraz . et
adhuc retinens innocentia̅. Hic mihi dilige̅ter attende . neq; tran-
ſeas diuinarum ſcripturarum verba . In primo teſtimonio minime
dictu̅ eſt . ⁊ adhuc retinens innocentiam . ſed in ſecu̅do. In ꝑmo di-
xit deus. Nunquid co̅ſideraſti ſeruu̅ meum iob . qm̄ non eſt ei ſimilis
in terra . homo irreꝑhenſibilis et timens deum . iuſtus . verax . et re-
cede̅s ab omni malo opere. Et adhuc retine̅s innocentia̅ no̅ appoſu
it. poſt certamen vero poſtq; victoriam quaſi coronam adducit fa-
me celebritatem ſuis certaminibus co̅uenie̅tem. Cum eni̅ mille dece̅q;
milibus modis patiens abſq; malicia tuliſſet calamitate̅ . contra do-
minu̅ non blaſphemans . cuncta iudicans bonitate ⁊ dice̅s. Si bona
ſuſcepimus de manu dn̄i . mala q̄re non ſuſcipiamꝰ . cuz ſine malicia
fuiſſet verbum . coronam ſibi plectit malicia vacuam ⁊ dicit. Quoni
am non eſt homo ei ſimilis retinens innocentiam. Tu au̅t quare in-
caſſum dixiſti . ꝑde vniuerſa que poſſidet . inuanum ſue inuidiſti ſibe.
Dixiſti eni̅ homine̅ pecuniarum occaſione deum colere . nudatus eſt
pecunia . atq; haud virtute nudatus. Tu vero dyabole inuacuuz di
xiſti . perde vniu̅ſa que poſſidet . No̅ ſtupet malicia in ſui prauitate .

Item maliciam aliam comperit· que iuſti virtutem ſuperare ac pro ſternere poſſet. Dicit ergo deo. Pellem ꝓ pelle· et cuncta que habꝫ homo dabit pro anima ſua. Nihil inquit magnuꝫ ſi pecunia excidit libenter omnia ſpreuerit quo ſeſe ſeruet. Sed ſi vis hunc ipm̄ pro- bare. carnes eius tange· ſi in faciem benedicat tibi ideſt maledicat· etenī ſcriptura benedictis maledicta velauit. Et quare hec ſcripta ſūt vt tu fidelis diſcas · cum alieni mali turpia narraueris· eadem verborum honeſtate velare· neqꝫ honeſteris turpibus operam pre- bens. ſed turpium locutionem fugiens. Propterea inquit apoſto- lus Omne verbum turpe non exeat de ore veſtro Hinc deus iuſtum ſecunde dimicationi tradit et dicit. Non ipē ea ex temptatione di ſcens. qualis ſit dimicator· ſed ex temptatione dyaboluꝫ vituperāſ Deus enim prius vniuerſa cognouit. Egreſſus aūt dyabol9 a facie domini percuſſit iob vlcere peſſimo a planta pedis vſqꝫ ad uerticem eius. Totū ei9 corp9 vnū vulnus effecit· vnam cicatricem· oportu erit enim totum ac per totum coronari luctatorem a pedibus vſqꝫ ad caput. Salutare vulnus. victorioſum vlcus· vlcus quidem appa renter ſcaturiens ſanie· quantum vero quis intellectum conſequi poteſt fame celebritate plenum. Sanies vlceris affluit paruo ꝓ tē pore· eadem vero fame celebritas. quam lucta peperit· nullis ſeculis deficiet. Percuſſit eum vlcere peſſimo a pedibus vſqꝫ ad caput· quo totus per totum membra coronatus appareat· hinc vbi eum corpo- re tam inualide ſe habentem· nullus contingit qui caperet locus. Sed omnis domus veluti corruptelam quandam eicit. neqꝫ enim ſe- cus erat vulnus iob · q̄m feda corporis quedam corruptio. Exiuit ciuitatem non humanum habens certamen. ſed vim noſtram valde ſuperans. nā et extra ciuitatem eſſe xp̄i ymago erat. Propterea pau lus dicit. Quorum enī animaliū infertis ſanguinem in ſancta· horū corpora cremantur extra caſtra. ꝓpterea hieſus vt ſanctificaret po pulum extra portam paſſus eſt. Criſtus extra portam· iob extra ci- uitatem ſedet in ſtercore. expectat ſuſcitantem de terra inopem· de ſtercore erigentē pauperem. Videbat ꝓprium corpus labēs· animā vero ſtabilatam. Videbat corpus vermibus ebuliens. animā vero pi etatem parturire. videbat corruptum terreū vas. Atqꝫ ante paulū recordatus eſt verborum pauli. licebat enī ſibi dicere. Sꝫ licet is qui foris eſt noſter homo corrumpitur. tum qui int9 eſt renouatᷣ de die in diē. Teſtaꝫ accepit q̄ ſanies feruēt. Teſta quidē saniē ebuliebat hoſtis vero patientia frangebatᷣ. Decuit ⁊ ipm̄ dicē habentē teſtā

habemus theſaurum hunc in vaſis fictilibus. Sedit in ſtercore q̃
multos de ſtercore erexit. teſtam ſuſcepit qua ſaniem ebulire face-
ret. in mortuo luto viuentem lutum ebulire faciebat. Venerũt tres
amici trahẽt ad ſolamen aduerſa. venerunt eliphas. baldath. et zo-
phar. tres reges ad regem. Rex enĩ erat ante hec qui dicebat. Cuz
ſederem quaſi rex circumſtante exercitu. Et ſederunt inquit ſeptẽ
diebꝰ ac ſeptẽ noctibꝰ. et nemo loquebatur. Mediocres enĩ calami
tates ſolamen recipiũt. magnitudo vero calamitatis ſilentio honora
tur. Id enĩ verum eſt ſolamen cum paſſio vincitur. Et quẽadmoduz
morbi ipã in ſũma potentia diffugiunt medelam. ſic ſup me calamita
tis paſſiones omne ſolatiũ fomentumq; repellunt. ſiluerunt taci-
turnitate paſſioni cõmunicantes. Et quid facit. Cum enim illos ca
lamitas ſuperaſſet. nemoq; auſus fuiſſet ſolacij vocem frangere. Pri
mꝰ ipe verba incipit. ianuam aperit. patiens non patientibus. Sci-
mus omnes quoniã his qui paſſionibus qui tribulationibus aut a-
lio meſticie malo laborant. ꝑus vocem rumpere quiſq; pudore tenet
ne importunus aliquis virtutis aut exempli magiſter videatur. Si
aũt viderit incipientem ſine periculo ⁊ pudore ſequet. hoc fratres
et cõſuetudo docet et re ipã exercitatio ſuggerit. Vt vidit paſſionẽ
amicorum ſolacium excludere. portam aperit patiens. et q̃mꝑmum
incipit veluti tragedijs q̃dem de calamitate dicere prorſus vbiq; bla
ſphemie ſenſũ fugietis. Prima vox iob. Periet dies illa in qua natꝰ
ſum. et nox in qua dictũ eſt. natus eſt homo. Non impie agens hec
dicit. ſed patiens. Et vide quid facit. Quẽadmodum ſi quis apoſte
matis morbo circũuentus ferro recidatur a medico. nõ habens quo
modo recidenti aduerſetur. circũſtantia tangit. atq; aſtantes mor-
det. illis quidem inferre nihil habens. ad medicuz autẽ extendere
manum non volens. Sic et iob blaſphemie magnitudinem timens.
facit inanimatis iniuriam. atq; fiduciaz paſſione adauget. non cõ-
tra deum audens. ſed ſe deniq; accuſans. Maledicit autẽ non crea-
turam ſed ſui ipſius diem. poteſtatem inquit habeo diei mei. non ma
ledico conditorem. mei ipſius diem maledico. Periet dies in qua na
tus ſum. et nox in qua dictum eſt. natus eſt homo. Hec dicit et iere-
mias. Heu mihi mater. vt que me talem peperiſti virum iudicatum
et damnatum. maledicta dies in qua natus ſum. Hec omnia quaſi
meſta quedam tragedijſq; ſimilima ſancti exprimũt vt tu poſtea di
ſcas. non in delicijs egiſſe vitam. ſed mala innũa tolerantes in ago-
ne certaſſe. Fleuit ergo ieremias dicẽs. heu mihi mater vt que me

peperiſti virum. Et patiebatur quidem veluti homo. ſuſtinebat at̃
quaſi dei amicus Moyſes pari modo magnus dei legiſlator qui tabu
las ſacras ſuſcepit. qui eorum qui conducunt in vitã prior magiſter
fuit. ac ipe multitudine calamitatum deo dicebat. Domīe tu dixi-
ſti. quoniã inueniſti gratiam aput me. et noui te ſuper omnes. Si ĝ
inueni grãm in cõſpectu tuo. tolle animaz meam a me. non poſſum
ferre onus populi hui9 pene me lapidabant. Nunquid ego eos ge
nui. nunqd ego eos peperi. quoniã dicis. porta eos quẽadmodũ nu
trix portat puerum. non poſſuin ferre populi defectus. Tam inge
miſcens et flens vt homo. non vt infidelis blaſphemauit. ſʒ oſten-
debat nature paſſiones quaſi per ipaſ argueret. Sic ex pfectis qſq
ingemiſcit. Silr̃ abacuc dicit. Vt quid mihi labores oſtendiſti. ⁊ la
bores inſpicere miſerias hoim. In conſpectu meo factũ ē iudiciũ et
ↄtradictio potentiarũ iudex accipit ⁊ ꝓpterea egredietr̃ iudiciũ pũu
pnceps poſtulat et iudex accipit. et laceratr̃ lex. Sic om̄es paſſi ſũt
iuſti. ſũmaqꝫ laborant moleſtia aduerſus mundi difficultateſ. ſʒ hec
loquẽs haud ad tue intentionis cõuenientiã trahas. neqꝫ dixeris.
Nunquid ego ſum melior ieremia contra mundũ clamitantez. ne-
qꝫ ſanitatis verba vulnera tibi fiant. Hec aũt ſcripta ſũt vt diſcas
qlem agonẽ ptrãſiuerĩt. vitamqꝫ qbuſdã piculis plenã duxerũt. Vis
diſcẽ qlis eẽ debes. diſce q̃ poſt grãm fuere paſſi ſcti ꝓphe. paſſi et
aplĩ. Sʒ illi quidem patientes dolebãt. hi vero patiẽtes gloriabantr̃
Venit paulus in medium patiẽs quidẽ ingemiſcens verberatus. ſed
non plorans. tormẽtis afflictus ſed gaudens. Et quid dicit. Nõ ſo
lum aũt ſed gloriamur ī tribulatõibꝫ. ſciẽtes quoniã tribulatio pa
tientiam operatr̃. patientia aũt probationem. ꝓbatio ſpem. ſpes at̃
non cõfundit. Et iterum v̊berati ibant gaudentes apoſtoli. quoni
am digni habiti ſũt ꝓ nomīe xp̄i contumeliam pati. Ne ergo ſuſce
peris que ante gratiã fuere. ſed grẽ ↄſequẽtiaz. Dicta v̊o ſũt nobis
vt diſcam9 ex laboribꝫ ſpẽ. ſic ⁊ iob maledicit diei. et aīa patitr̃. neqꝫ
aīam torquet impietate. ſʒ ſuffert vulnera. nqꝫ aiam blaſphemia vul
nerat. Hinc qm̃ expedit oci9 recedẽ. iob nobis ſeriẽ breui9 pſtringaz
Deo excepto vniũſi q̊ id certamẽ tendẽt ignorabãt. iob cui9 rei grã
dimicaret neſciebat. neſciebat qm̃ ei ginaſiuz paleſtra fũat ꝓpoſita
Amici ignorabãt dei intentõez. dyabol9 ignorabat futurũ. ſi ei ſciuiſ
ſet ſibi ſuccũbendũ fore. nequaqꝫ tẽptaſſʒ iob. neſciebat q̊ nã agoniſ
hui9 tendẽt. qm̃ qdez de9 pmiſſiõe id ↄcedebat. Sciebat iob nõ pſci
ens. ſʒ a deo edoctus. dyabol9 at̃ neſcibat q̃ʒ nã finẽ ↄtamẽ reſpicẽt.

non em̄ temptaſſet · ne maiorem ſecum confuſionem traheret · ſed
et que in ſanctis paſſus eſt martiribus · eadem et in iob · trucidauit
martires quo deleret eccleſiam · neſciens qđ poſt martires floreret
eccleſia. Omnes ignorabant deo excepto amici dei conſilium ignorā
tes · iobq̄ ꝓbationē trahebant veluti in compationem ignorantie ·
magis damna eſt iob quaſi digna patientem q̄ꝫ dicere contra deū iu
dicantem indigna. Attende diligenter · trahebant in cōdemnatio-
nem homis veluti digna pcc̄o ſuo patiētis · q̄ꝫ aduſus deum dicē qđ
iniuſte iudicauerit. Et parte quidem vna ꝑ intētione ducebant de
um ſcꝫ ab iniuſticia vendicantes · parte aūt peccabant innocentem
damnātes. Iſta aūt ignorantia ꝑ ignorantibꝫ rn̄det. Et fatentes
ſe ignorantiā phari ſententiā nō ferūt videntes dei iuſticiā. iuſticiā
q̇dem iob ꝑſcribūt · dei aūt iuſticiam laudāt. Hinc iob ab amicis rep
hendit et dicūt ei. Quando radicati in veritate perierūt · quādo vi
diſti iuſtos funditꝰ deletos. niſi peccaſſes inquiūt et peccato dignꝰ
fuiſſes · non te iniuſte iudicaſſet iuſtus. Multa tua ſunt peccata. ſi
vero non peccaſti · vnde tibi hoc niſi filii tui peccauerit. ſepenumero
viduis iniuſta · orphanis triſticia feciſti. Si aūt hec ita ſūt . iuſte te
hac deus plectit. Iob ſe quidē ſciebat nihil egiſſe tale. Ubi ergo vi
dit iob · quoniā aput homies quidem damnat · ꝓpria vero cōſcientia
ipm non damnat. Neq̄ꝫ eum deus negligit · qm̄ hominibꝫ ſuadē nō poſ
ſet · ſermonem ad iudicem vertit · aīmeq̄ꝫ oculum ad alta dirigit · nō
blaſphemans ſed rogans cum lacrimis dicit ad eū. Qui noviſti mē
tem hominū · vt quid me poſuiſti contrarium tibi · tu feciſti me cō-
potem iuſticie tue. noviſti cor meuꝫ. Hinc magnū quoddam iob nō
malicia ſed puritate loquitur · atq̄ꝫ vt plura in vnum complectar ·
Multa em̄ eſt materia ſermonis iuſticie dicit. Quis mihi dabit iudi
cem medium inter me et te vt cognoſcas quot ſūt peccata mea · qm̄
ſic me iudicaſti horridum verbum · ſed abſq̄ꝫ malicia · preueniens em̄
dies inquit quoniam non eſt ei ſimilis ſine malicia. ei autē qui eſt ſi
ne malicia nemo verbum ad maliciam reputabit. ſemper enim omnes
nos non deus modo homines · non rebus ſed ipo opantium ꝓpoſito
iudicamus. Iniuriatur filius patri factum intolerabile et patien-
ti et audienti . qui erit huiuſmodi patricida vocabitur ſceleſtuſq̄ꝫ
impius · qđ pr̄i contrariam vocem fregerit · qđ auſus fuit vitupera-
re ſuam radicem · hoc patitur et damnat · ⁊ qui profecto fuerit ſen
ſu porro infans vel ſine malicia puer · tametſi patrem matrem ve of-
fenderit omni leticia deſiderabilis. Sepe matres irritant filios ad

miuriam trahentes. non iniuria ſed abſq; malicia integritate et ob
ſeruantia moris admonite. ſic et deus ſciens quoniam non malicia ſ;
puritate loquitur. teſtimonium ei reddit dicens. Et adhuc perſe-
uerans in innocentia. Suſcipit verba iob ab eo vocatus tremenduz
verbum. dominū ſeruus in iudicium trahit. homo deum. factura fac
torem. Sed queadmodum paulo ante diximus. puritatis non ma-
licie verbum fuit. verūtamen fratres eadem non fuit ſine intellectu
puritatis. ſed omni ſapientia referta. Vis autem diligentius intu-
eri. nihil pecīt iob qd non fecerit. ſciebat ſeſe dei domeſticum. ſcie
bat deum ſui ipſius dominū. Sed quoniaz iob ipſe ſepenumero inter
ſeruos ſuos iudicandos diſputans ī iuditio permiſit eis paris ſermo
nis poteſtatem. atq; ſi quando ſecum ſeruus experiretur. non veluti
ſeruo obſtruebat os. ſed iuſto ſermone vtebatur. Qd ipe fecit ab a-
lio ſibi fieri pecīt verbo illo ſuaſus. Quoniā eadem menſura qua mē
ſi fueritis remetietur vobis. Et dixit. quis dabit iudicez Et quādo
ſeruo paris ſermonis feciſti poteſtatez. audi eum cum virtutes dinu
merat. et eas non honoris cupiditate. ſed puritate dicentem. Nō
contempſi iudiciū ſubire cum ſeruo meo. et ancilla mea cum diſcep
tarēt aduerſū me. dabo reſponſum deo. Nunquid et nō in vtero fe
cit me qui formaret eum. hoc cogitās nature cōmum. cōmunē di-
cendi tribuit poteſtatē. Nos aūt fratres nō tales. admiraris iuſtū.
teipm damna. Quoniā ſepe cum quis accuſat non dico ſeruum. ſed
ſe paulo inferiom. ſi reſpondēt iuſta veluti audatia inhoneſta ꝓ pa
ritate honoris loqui decet. poſtulat qd iuſtum eſt. et tu iuſtam ac-
cipe dicēdi paritatem. Accuſat ſuperbus. et neq; iuſtuz accipit ſer-
monem. neq; ſilenciū veneratione mouet. Si tacuerit qui accuſat.
damnatus eſt inquit. labia neſciuit aperire. ſi loquet auſus eſt inqt
aduerſus dn̄m verbum frangere. Alius arrogantia tumens. ſi a iu-
ſto. ſi a nobili viro rogatur alteri ſermonē reddere. egrediq; ad pa
rem. et caritate concalcare maliciam. Ilico ſuperbia areptus dicit.
Ego ad hoc cōdeſcendā. O ſupbia vbi ſtetiſti vt deſcēdas. Ego ad
hoc cōdeſcendam veluti celum perambulans et nubes ſic loquitur.
Eandem perambulas terram. ex eadem nutriris. in eandem reuer-
teris. in eādem tumulaberis. et quo deſcendis. Non pudore confun-
deris ad conſeruum dicere. Ego in hoc condeſcendam. Non erube-
ſcis eadem dicens. ſciens quoniaz ieſus ꝓpter te deſcenderit. Ad ta-
les ergo ſententias ſimileq; ſupbiam cum yſaia clamare licet. Quid
ſuperbis terra et cinis Tam ad nobis ſubiectum opus reuertamur.

Quis dabit mediuꝫ iudicem inter te et me. Apparet ei tandeꝫ iuſtus
iudex. et de turbine ei nubibuſqꝫ apparet futurus ymbrem benedicti
onis effundere. apparet ei ex nubibus ſtercoratum ſemen irrigatu-
rus. atqꝫ excitat iob. nutuqꝫ ſolo paſſiones diſſipat. nutuqꝫ eū erigit
q̄ ceciderat. et dixit ei. Exurge atqꝫ p̄cinge ſicut vir lūbos tuos. in
terrogabo et reſpondebis mihi. Nūquidem in iudicium vocaſti me
et dixiſti. Quis dabit iudicem mediuꝫ inter me et te. Surge o gene
roſe miles qui aduerſitatis ictu nō cadis. Si enī quis correctus ge
neroſe tulerit correctionem audit a deo exurge Veluti cum ieruſa
lem dicit. Exurge ieruſalem qui bibiſti de calice ire. Accinge ſicut
vir lumbos tuos. interrogabo te et reſpondebis mihi. Nō enī voca-
ſti inquit me vt tecum iudicarer. inter me et te iudicium poſtulaſti
tu ſis iudex. nunquid vanum putaſti iudiciū meū. ſed vt videaris iu
ſtus. putas a me inquit hanc aduerſuꝫ te permiſſaꝫ eſſe calamitateꝫ
quam vt te eſſe oſtendam. Et inde eiſdem diligenter attendēs ver
bis. nō dixit ſecus te viſitaſſe q̄m vti fias iuſtus. non enim adūſitas
iuſtum eum efficit. ſed iuſtum eſſe oſtendit. Exiſtimas me ſecus viſi
taſſe te q̄m vt appareas iuſtus. mihi quidem inquit. ⁊ ante ip̄m ago
nem notus eras. mūdo atqꝫ per aduerſitatem innoteſceris. mundo ꝑ
certamen p̄dicaberis. propterea viſitaui te non vt noceam. ſed vt
coronem. vt illuſtrarem. non deturparem Verum quoniam ex puri
tate ip̄a nature menſuram egreſſus tue parco integritati. Nam et
ſi quiſpiam puritate peccauerit. deus ad rectum redigit ex purita-
te factum. Cum vero prorſus deū in iudiciū vocaueris. dic mihi qua-
lem habens aput me honoris paritatem. vocaſti me. vbi eras cum
ponebam fundamenta terre. Coetaneus factori fuiſti qđ eum in iu-
dicium vocares. hic quidem ante ſecula. tu autem poſt multa ſecu-
la. Cum formarem terram. non aderas. omnis creatura facta erat.
et tu nuſq̄ꝫ eras. Antiquiorem ergo ſeculis creatorem conditionis
in iudicium vocaſti. cum extenderem funiculum ſuper terram. cum
fundarem columnas eius. cum eduxi de ventre matris eius. cuꝫ pa
riebatur mane vbi eras. cum eandeꝫ nubes operuerunt. caligine au
tem circumdedi vbi eras. Admonet eum tanq̄m indigne fuerit lo-
cutus. puritate quidem verum et ignorantia. Et quid facit. Non ꝑ
omnibꝫ eundem increpat. ſed quaſi amicum inter ſe et illuꝫ corripit
Vbi ergo hec hiſqꝫ ſimilia dixit. non enim nobis eſt tempus omnē
dictionē interp̄tari. et iob in ſui noticiam veniens. nam iuſtus pri-
us ex reprehenſione lapſuꝫ corrigit et dicit. Domine auditu auris

audiui te. nunc aũt oculus meus vidit te. et examiaui meipſũ. pu to
me terrã et cinerem. Vnum locutus ſum. et ſecundũ non addam. vi
de quomõ reuocat peccatum vir bonus correptionẽ ſuſcipiẽs. Se-
mel locutus ſũ. et id non malicia. ſed puritate. ſecundo non addam.
Qui eñi ſum ego iudicatus in cõſpectu dñi. que non nouerat iob p
puritatem. p correptõez diſcit. hinc quid deus. Non cõcedit ei ex-
cuſare iudiciũ. ꝫ dicit. Non accinge vt vir lumbos tuos. ſta inquit
ſicut vir. ne putauerit qd te ꝓpterea deterruerim. pone iudiciũ fugi
giẽs. ꝫ quo tuã puritatẽ in melius reformarẽ. Iudiciũ quidẽ nõ ef-
fugi iuſte me iudica. Rationẽqꝫ geſtorũ expoſtula. iuſtificatus es vt
ſanctificeris in omni regione ſb celo. Ante paſſionẽ vnus te terre
angulus nouerat. poſt paſſionem oñis te ſb celo regio cognoſcit.
Sterq̇liniũ tuũ omni regali dyademate ſit illuſtri9. qui dyadema
ta ferũt videre cupiẽt et agonem tuũ et laborem certamis paradi-
ſum feci. ſterq̇liniũ tuũ colui ad pietatẽ plantam celeſtem oſtendi.
ſuſcepiſti celeſtia. accipe et eterna. ſuſcipe oñia duplicia. Hic tuam
xpiane ſpẽ diſce excellentiãqꝫ ꝓmiſſionis tue. duplũ quidem iob ꝓ-
miſit et duplicia dat. Saluator aũt ſuis diſcipulis dicit. Qui reliq̃
rit patrem vel matrem fratres vel ſorores ꝓpter me. centuplum ac
cipiet et vitam eternam poſſidebit. Sed illud diligenter attende q̊-
modo ſeorſum q̇dem ac priuatim corrigit amicum. Iob vero amicos
publice redarguit. Dicit eñi eiſdem deus. Vt quid nõ eſtis recta lo
cuti aduerſus ſeruũ meum iob. Sꝫ o iuſte iudex. ꝓ te ſermonem feci-
mus. tuã p̃dicauim9 iuſticiã. cõdemnauimus hominẽ. ſed tuaꝫ iuſti-
ciam in vacuum oſtendimus. Hic ergo iuſtum dei iudicium attende.
Si eñi pro ſe ſecundũ iuſticiam dicentem. non recipit eos qui iniu-
ſte contra proximũ dicunt. recipiet. Ergo eius amicos corripit et
dicit. Et nunc niſi propter ſeruum meum iob morti vos fortaſſe t̃
diderim. ſimul ergo et corripit. Saluat quidem. eoqꝫ nichil mali cõ
tra deum dicatur. Corripit autem iuſtum. integritatem in melius
reformans. Et honorat quidem amicos per illum. honorat autem
iuſtum per certamen. datqꝫ ei duplum. atqꝫ de tenebris ei lumen.
et tunc illuxit et nunc Vnum etiam addentes rei ad excellentiam
oſtendemus. Suſcepit oues in duplum. decem autem amittens li-
beros. viginti non recipit. Hic exquirendum eſt. quomodo iumen
ta q̇deꝫ in duplũ. in ſimplũ vo reſtituũtur liberi. Beſtie q̇dẽ et iumẽ
ta q̃nq̇dẽ amiſſa pierãt. homo aũt viuens in vita reſeruatur. non
ei liberos in duplũ dat. ne p eos qui obiũt ſpem tollat. ꝫ vt oñdat.

Quoniã illi tam et precepti ſint. viuunt tamen ac illi quidem om̃s
ſibi iob leticia coheriſq; applaudũt. quãobrem ei non dat preter de
cem. quo iob inueniatur. non a vita in mortem. ſed a domo in domuz
tranſiens. Cum eũ decem filij vite terminũ finientem ad tumuluz
vſq; duxerũt. decem eundem iterum in reſurrectionis die a tumu-
lo in regnum ſuſcipient. atq; ineffabilib9 illis ſempiterniſq; bonis
ſimulq; parili leticia perfruetur. Quib9 omnes nos dignos fieri g̃-
tia et pietate dñi noſtri ihesu criſti. cui gloria et imperium cum pa-
tre et ſancto ſpiritu nunc et ſemper in ſecula ſeculorum amen.

Proponamus igitur vobis dilectiſſimi ſi placet pro patien-
tie ſolatio iuſti iob fortia geſta. Hic eſt enĩ qui amplitudine
glorie tanta dignatus. armiſq; multorũ vallatus. atq; vbi-
q; plurima in nobilitate. plurimaq; in celebritate predicatus. in ne
glecte repente actus paupertate et morbo et liberorũ interempti
one. hoſtiumq; datione. amicorum impari fide. peſteq; et carnis do-
loribus calũnijſq; laborauit. Et id intolerabilius q; inexcogitato ſi
bi omnia eadem inexpertoq; ingruerunt. Nam qui parentibus qui-
dem egenis. taliq; in domo nutritus. qđ et exercitio eadem et cogi-
tatione penſauerit. facile onus paupertatis tulerit. Qui vero lau-
tus affluentia. totq; pecuniarum delicijs gaudens. ſi repente patia
tur ab his caſum. non facile ſuſtinuerit talem mutationem. Iteruz
et qui liberos amittit. tametſi omnes amiſerit. non tamen vno atz
eodem tempore reliquos ſolatio abeuntiuz tenet. atqz prioris amiſ
ſionis deficiente dolore. ſi ſecunda poſt tempus amiſſio acciderit.
id ſibi tolerabilius fiet malũ. nõ enĩ vlceri obuiat recenti. ſ; dormi-
enti iam dudum et extincto qđ non parum doloris amputet. Hic aũt
vniuerſum ſibi totaliter chorum. in vno momẽto atq; modo mortis
amariſſimo ſurreptum vidit. conuiuij hora. atq; ea domus que adue
nis hoſpitarijs erat aperta. tumul9 facta eſt illis. Quis autem dix
erit. famen illam nouam et interpretatu difficilem. voluntariam an
inuitam. Neſcio quomodo eam appellam voluntariam. ſed nolebat
appoſita deguſtare. inuitam ſed aderant cibi. nemoq; impediẽs erat
et appoſite cedebat menſe. viſoſq; non tangebat cibos. Nam is qui
circa corpus a mulieribus erat fetor deceptioni accidens. deſide-
rium reſoluebat. ipſamq; menſam erumna quadem replebat. Puto
res inquit meos cibos eſſe video. et famis quidem neceſſitas appoſi-
ta tangere cogebat. Fetoris vero magnitudo e carne prouenienſ.

vim famis ſupabat. Quomodo enarrauerim dolores. quō vermiū fon
tes. ſcaturientem ſaniem. amicorum improperia. domeſticoꝝ negle
ctū. Non enī pepercerūt inquit domeſtica mei a ſputis faciei. ⁊ nūc
deridēt me iuniores tempore. quorum non dignabar patres ponere
cum gregibus patris mei. Num igitur arma hec eſſe videntur. Nā
et arma et intolerabilia. tamen cum dignatus eſt amator hominum
deꝰ. dicē ei certamīs huiꝰmodi cauſas. qđ vti iuſtꝰ appareas contra
te hec permiſſa ſūt. ſic reſpirauit quaſi ex illis malis nihil triſte ſen
ſiſſet. Queādmoduz enī in deſudatione luctatorem ſudore ⁊ puluere
et calore multo et laboribus et miſeriis pugnare decet. ſic iuſto mul
ta hic tolerare expedit. generoſeq; ferre vniūſa. ſi claram hinc co-
ronam ſit accepturus. Nam et ſi corpus illud iure laudamus qđ et
frigora illeſe et calores ferre poſſet. egeſtatem ꝙ et famem itineraq;
et miſerias alias. multo magis animam dicere beataz decet. que for
titer generoſeq; quaſq; dolorum inuaſiones ſufferre mentemq; ſuam
in cunctis poteſt ſeruare liberam. Sicut igitur ea que ocio et licē-
cia victitat anima facile a paſſionibus vincitur. ſic q̄ cōtinuo ī ago
ne pro pietate verſatur. robuſta inuictaq; perſeuerare cōſueuit. Ne
q; ocium egit eadem ipā cogitans cura ab illis eam ad certamē tra-
ducente. Non modo enim facere quid bonum. ſed et quid maluz pa
ti mercede multa rependitur. atq; iob ipſe paſſionibus videtur
magis q̄m virtutis actionibus profeciſſe. Nam neq; ita illuſtris eſt
habitus cum pecuniam poſſidebat. cum domum pauperibus reſera-
bat. ſubanſtiamq; erogabat. q̄m qđ audiens ruinam non ſe acerbe
egit. Non adeo tam clarus erat. cum de velleribus ouium nudos veſti
ebat. q̄m illuſtris probabiliſq;. cum de celo ignem cecidiſſe cōſump
ſiſſeq; omnia audiebat cum gratiarum actione. tunc amator hominū
nunc amator ſapientie fuit. tunc pauperum miſerabatur. nunc do-
mino gratias ſoluebat. Neq; ipſe dixit. Quid nam hoc eſt. greges
conſumpti ſunt. quorum ope decemmille enutriebantur pauperes.
et ſi indignus ipē eram in rerum affluentia aſſiſtens. propter eos
certe qui longe ab eo diſtabant parci oportuerat. Nihil dixit tale
neq; cogitauit. ſed deum nouit cuncta et vtiliora diſpenſantem.
Atq; vt diſcas quoniaz maiorem poſtmodum dyabolo plagam intu
lit. cum ſublatis ſibi bonis gratias egit. q̄m cum poſſidens miſera-
batur pauperum. audi. cum poſſidebat vel ſuſpitionez dyabolus ha-
buit. quoniam non gratis te colit iob. Vbi vero vniuerſa ſurripu-
it. omnibuſq; nudauit eum. Hic vero eandem deo ſeruauit mentem.

Tunc obſtructum eſt turpe illius os. nec tunc quid habuit dicere
clarior nanq; quã in prioribus iuſtus erat. Igitur q̃m in delicĳs vi-
uentem elemoſinam facere. ſurrepta eñ bona generoſe ac cum ac
tione gratiarum tolerare multo maius eſt. Nam ſecundis quidem ſe
ſe rebus habentibus gratias referre deo. non admodum mirabile.
porro cum multus fuerit fluctus. cymbaq; circumacta periclitatur
tunc magna atq; excellens eſt patientie atȝ bone voluntatis oſtẽ-
ſio. Si enim qui infinita mala ſibipĩs cognoſcentes cum parum quid
auri amiſerunt. et id plerumq; ex preda habentes. acerbam ſibi atq;
intolerabilẽ vitam eſſe dicunt. quantis quibuſq; coronis dignus
fuerit iob. cui iuſtiſſime parta ſimpliciter a ſe diripi videre contin-
git. ſubire milleq; alias ꝓcellas poſt illa omnia atq; in cunctis ſeſe
immobilem reddere. debitaſq; ꝯpenſiꝰ domĩo gratias agere. Nam et
ſi quis cetera amiſerit. ſola mulieris verba vel ſaxum mouere poten-
ter. Si eñ his qui iocũde viuunt nihilq; erumnoſum patiuntur. mu
lieres ſepenumero ſuadere potuerunt. Puto quã valida erat anima
que illam poſt tot arma repulerit. Cum eñ mulier ſic verba miſeran
da dicat. tempus accomodatũ atq; compatio ſimul facta. vulnera
q; et cicatrices. milleq; calamitatum fluctus. Quõ quis oĩ adamã
te duriorem eam animam negauerit. que tanta in hyeme non ſuccu
buerit. Data mihi pace oportet dicere. Quĩ ⁊ ſi nõ maior apoſtolis
minor beatus ille nõ fuit. Hos eñ eadem pro xp̃o pati ſolabatur. il-
le autẽ hoc ſolatio deſtitutus. quodq; maius multis in delicĳs edu-
catus. nequaq̃m de piſcatoribus et colonis atq; ex his qui tenuiter
viuunt. ſed tot honoribus dignus effectus paſſus eſt oĩa. Et qđ
grauiſſimũ in apoſtolis videbatur ab amicis domeſticiſq;. atq; ab his
q̇ ſua bñficia ſuſceperant. ſic et iob non ab inimicis odio et iniuria
affectus. Qꝛ ũo ſic ſe hec habebant iã ergo et geſtorum cum digni-
tate fortitudineq; et paſſionum. ſimul comparationem ducamus.
quo et manifeſte pateat. non benefactorum modo. ſed et paſſionuȝ
manere meritum. et meritum quidem admodum magnum. neqȝ me
rito bñfactorum inferius. Introducamuſqȝ ſi placet ip̃m hũc mag
num pacie luctatorem iob. hinc atqȝ inde illuſtrem ſimulqȝ videa
mus cõmparentes. Quoniã fuit illuſtrior cum domum cunctis ape
ruerit. aut eadem cadente cum benedixit deum. nulloqȝ amaro ſer-
mone locutus eſt. Quãdo alacrior fuit dic mihi. Cuȝ pro natis age
bat ſacrificium. atqȝ concordiam adducebat. aut qñ ipĩs contumu
latis factiſqȝ vita amariſſimo mortis genere. multa cum ph̃ia caſum

ſuſtulit. Quādo magis claruit. cum de velleribus agnorū ſuorū ca-
lefacti ſūt nudorum humeri. aut cum audiens de celo ignem deſcen-
diſſe gregemq̄ cōſupſiſſe cum paſtoribus non eſt turbatus. non tu-
multus quid peregit. ſed manſuete tulit calamitatem. Quando ma-
ior fuit. cum ad oppreſſorum defenſionem corporis ſanitate vtebatur.
cōterens molares iniquorū. ꝛ e medio dentium eorum predam eripi
ens. aut cum hoc ipm corpus oppreſſorum ſcutū conſumi vermibus
videbat. ſedenſq̄ in ſterq̄linio idem ipſe ſaniem radebat. teſtam ac-
piens. Et illa quidem om̄ia p̄clara geſta. hec autem patibula tor-
mentaq̄ erant. ſed tam̄ plus hec q̄m illa iob clariorem oſtenderūt.
Siquidem cum illa fiebant. q̄uis turpiter valdeq̄ atrociter. con̄
dixit tam̄ dyabolus dicens. Nunquid fruſtra colit deū iob. His v̄o
contingētibꝫ ſe occultans terga dedit. neq̄ turpis ſermonis alicui⁹
cauſas vmbram ve inferre habuit. Igitur ſi quando virum iuſtum
magnorum operum profectu fulgere videris. multiſq̄ ſubeſſe malis.
ne miraberis. Nam e diuerſo mirari oportuerat. ſi multas accipi-
ens dyabol⁹ plagas taciturus fuiſſet. manſueteq̄ vulnera platurus.
Neq̄ eni͞m ſi ſerpens aſſidue ſtimulatus indignet̄ atq̄ reſiliat contra
ſtimulātem mirandum fuerit. et a p̄lio victoriaq̄ et cede redeūtem
pugnare neceſſe eſt. ſepenūo aūt et vulnera habere. Cuꝫ g̊ videris
quēpiaꝫ elemoſinas faciētez. aliaq̄ mille opantem bona. p̄cidentem
dyaboli vires. poſtea tēptatōnibꝫ piculiſq̄ circūduci. idcirco ne tur-
beris. nā ꝓpterea in temptatōꝫ cecidit. q̄d dyabolo plagas vehemē
ter infligeret. Et quō id de⁹ inq̄t pmiſit. quo magis ſcꝫ coronet̄. q̄
plures ille recipiat plagas. Magnū q̄dē ꝫ ſcō͞is ſe rebꝫ habētibꝫ et mi-
ſereri vel florē v̄tute. lōge aūt mai⁹ male patiētez. inuictū ſeſe ma
ioriq̄ cū ꝓpoſito p̄ſtare ꝑ v̄tutis laboribꝫ. Queadmodū eni͞m in pctō-
ribꝫ ↄtingit. qui nihil hic patiūtur mali. maiorē illic ſubeūt vltionis
penaꝫ. Sic et hi q̄ ſe officioſe gerunt. q̄ multa hic tolerant adūſa.
multo illic honore dignant̄. Et queadmodū pctōribꝫ duobꝫ exn̄tibꝫ
alt̄ q̄dē h̄ tormētis affligat̄. alt̄ n̄. afflictus ille n̄ afflicto melior erit.
Sic et duobꝫ iuſtis hic exn̄tibꝫ ſiq̄deꝫ alter plures. alter pauciores
erumnas ſufferat. qui plures ſuſtinuerit beatior erit. Qui eni͞m dei
diſciplinam cum gratiarum actione non ſufferunt dedignātes. ꝛ ex
hoc nullum ſequi fructum contingit. et calamitatibus vltimis ſe
implicare. Si in paupertate degis et fame innumeriſq̄ periculis. diſce
vel a begenis domio gratias reddere Si autē vitam eorum mendicā-
do terentes. non blaſphemant. non turbantur. non indignantur

ſed cum gratiarū actione tolerant Quid em̄ tale es paſſus quale il-
le. Oculo p̄uatus es. ille ambob9. Morbo diuturno laboraſti. ſed il
le inſanabili. Amiſiſti liberos. ſed ille et ꝓpt̄ꝫ corporis ſanitatem.
Damno magno plecteris. at nec ad id ꝑueniſti vt aliīs idigeas. Sꝫ
neqꝫ ſatis tibi ſūt hec. Conſiderabo iob patientie turrim mime nu
tantē. Quis em̄ hoc pauperior. qui publica ad balnea abiectis pau
perior fuit his qui ſuper fornaces ſedent cinere atqꝫ omnibus pror
ſus hominibus miſerior. Hi nanqꝫ vel veſtimentum laterum habent
ille vero nudus ſedebat. et qđ habuit indumentuꝫ a natura carnis
ſcilicet velamen ſanie acerba dyabolus corrupit. Et pauperes qui-
dem vel ſb tecto ſunt ſtipulaqꝫ vel ſaltem opiunt̄. ille v̉o ſub diuo no-
cturn9 ſemper agebat. neqꝫ tugurīj tenuis ſolamen habens. Atqꝫ qđ
magis. qm̄ enim multorum malorum pro exacta iam vita ſibi cōſcij
ſunt. Neqꝫ paruum ad ſolatium ingruentis calamitatis ſe ſibi con-
ſcium eſſe iuſteqꝫ punitū. Hic aūt et eo priuatus ſolatio erat. vt po-
te qui conſolationem conuerſationem virtutem plenam oſtendēt.
eorum qui vltima audent mala penas pendebat. Et quidem olim et
a principio de erumna calamitateqꝫ cogitauer̄t Ille v̉o calamitatē
inopinatā ſbīt. repētinā accipiēs ex diuicijs mutationē. Vidiſti eū
in vltimā venientem pauptatem. et eam poſt q̄ n̄ eſt aliam inuenire
Quid em̄ vel nudo vel tectū nō hn̄te pauperi9. nō em̄ in terra ſꝫ i ſter
quilinio ſedebat. itaqꝫ cū temetip̄m videris paupertate vrgeri. cui9.
hui9 iuſti tormenta. atqꝫ ilico exurges oportetqꝫ iuſticie cogitatio
nem. Si aūt vis bellum a natura vehemētia multa. multaqꝫ violētia
generoſo huic illatū audire. Ad ea que dico adūte. Deceꝫ amiſit li
beros. decē repente. decē ip̄o in etatis flore. decem multa fultos v̉-
tute. nō conmūi lege nature. ſed nece violēta ac miſerāda. Quis nā
poterit talē calamitatē explicare. quis vel ferre9 homo. q̇s adamas
tot mala ꝑtulerit. nam ē nemo. nā ſi horuꝫ qđqꝫ intolerabile ꝑ ſe eſt.
cogita cum ſimul vniuerſa conuenerunt. q̄lem excitauer̄t tumultuꝫ
cū filiū amiſeris filiā ve. refuge ad iuſtū illum. ſolaciūqꝫ tibi prorſus
ſummū inuenies. Memēto eius in miſeranda illa liberoꝝ calamitate
verborūqꝫ nulle ampli9 coronis ſcēm id caput ornauer̄t. Cogita ca
lamitatis magnitudinē. nouūqꝫ id naufragiū. extraneamqꝫ illam ino
pinatā tragediam. Tu quidem fortaſſe vnuꝫ amittes. vel ſecunduꝫ
vel terciū. ille vero tot natos nataſqꝫ. et qui multis abundat liberis
repente liberis orbatus eſt. neqꝫ ſibi ſenſim viſcera carpſerunt. ſed
omnis repente fructus areptus eſt. neqꝫ aſſiſtenti aſſidenti ve. quo

vel vltima audiens verba vllūm haberet funeris tam acerbum ſola
cium. ſʒ repente pter ſpem omnē horū alterꝝ lugubre alterꝝ ſupauit
Non enī mors importuna ſolum. ſed et in etatis vigore omnes cōſi-
ſtere. oīes vtute pſtare. amabiles omnes ſimul. oīeſqꝫ ſexus vtri
uſqꝫ eſſe. non cōmuni lege nature poſt talem tantamqꝫ iacturaʒ. qꝫ
nulli9 mali nec ſibi nec illis erat conſcius. quo cuiuſmodi patētur.
horum quodqꝫ potuerat et a ſemetipo turbare. Cum vero vna con-
currere apparuerunt. Cogita fluctuū altitudo quanta fuerit. quan-
ta hyemis pcelle illius exuberrima fluctuatio. Mirāda quidē hec
vel auditu ſolum accepta. Si aūt ſolerti eadem diligentiqꝫ indagine
perſcrutatus fueris. tunc maius admodum eſſe proſpicias. Cogita
enī qd non quidem dyabolus ſurripuit. dimidiamqꝫ reliquit. ſed pr-
ſus atqꝫ omnino fructum omnem legit. arboremqꝫ non deicit. omne
ſuperinduxit mare cum fluctibus cymbamqꝫ non demerſit. omnem
euacuat virtutem. Turrimqꝫ vel quatere nequit. ſed ſtabat aſſidue
ictus minimeqꝫ renitans. Multitudo telorum ferebatur. neqꝫ ter-
ritus erat. magis auteʒ mittebantur quidem. non autem vulnera-
bant. Excogita quantum eſt tot liberis orbari. Quid enim ſatis
ne fuit lacrimis vti. nonne in ipſo etatis flore. nonne multa virtu-
te preſtantes. atqꝫ modo vltionis tam acerbo finire vitam. Nonne
tot plus plagas nouiſſima hec illata eſt. Num pietas amore ferue-
bat qui genuerat. num abeuntes tot optabiles. Cum enim malos
quis amittit liberos. paſſione quidem mordetur. ſed acerbitate ve-
hementiaqꝫ minori. nam decidentium malicia. acerbioreʒ non ſinit
eſſe dolorem. Cum autem virtute preſtiterint. permanens vulnus
fit. non modo a natura. ſed a virtutis honeſte deſiderium faciente.
Ceterum cum partim ſurripiuntur. eadem paſſio aliquot ſolacium
facit. nam et relqui qui ſūt abeuntiū triſticiam obumbrant. Cum
vero funditus obierit vniūſus chorus. ad quē nam reſpicē poterit
qui in multis filiis. repente filiis orbat9. Si enī tribus aut qnqꝫ di-
ebus quibuſdam decedentibus. mulieres et pximi qui ꝓ id maxime
plorāt. qd cito repenteqꝫ ab illorū moriens captus eſt oculis. multo
magis hic doluerit. cū non diebus duobꝫ tribꝫ ve. aut vno. ſed hora
vna ſic oīes ſurripiunt. Cogitatū nanqꝫ tempe malū. non iā valde
fuit intolerabile. expectatōe id leue fortaſſe defacili faciēte. cont̄ ve
ro ſpē qd ɔtingere ac repēte fit itolerabile omnēqꝫ ſmonē ſupans
Nō ipos ei lectulo expirātes. aīaʒqꝫ reddētes vidit ſʒ domo ɔtumla
tos oīs. Cogita igr̄ qs erat ille maceriā effodiēs. ⁊ nūc qdē lapidē

Nũc filiȷ̃ membrũ retrahens·et manum videns·adhuc phialam cru
entem.dexteramꝗ alteram recũbentez ciato.et ipſam corporis cor
ruptam filiam capiti diſſipato.naſoꝗ ꝯtrito.oculis extinctis·cere
bro diſperſo.vulnerumꝗ varietate· non pmittẽte faciei deſiderate
formam noſſe·cõfuſi eſtis hec audientes et lacrimas fũditis. Cogi-
tate igitur·quis ille erat hec videns· ſi eniz poſt tantum temporis
ſine lacrimis nequiuim9 tragedie hui9 modi ſufferre auditum·hec
alienam audientes calamitatẽ. Qualis ille adamas fuit corã hec ac
cipiens.non in alienis ſed ppriis phans in malis·neꝗ tamẽ iracũdia
auerſus eſt. Neꝗ dixit. Quid nam hoc eſt· ea eſt pietatis cõtinen-
tie merces. Aduenis idcirco domum aperui.eã vt viderem liberorũ
ſepulturam. omnẽ in eos idcirco virtutis modum exercui quo talẽ
ſbirent exitũ. Nihil horũ dixit neꝗ cogitauit.ſed tale tantũꝗ poſt
ſtudiũ orbat9·cuncta generoſe ptulit. Igit̃ ſibi ſola hec contigerĩt
mala. Et amicorũ deſertio·pditioꝗ increpatões et iniurie·ſbſana-
tio et deriſus.et diſtrahi a cũctis. Tolerabilia ne hec et ſolacio dig
na hec·non modo rebus ipſis·ſed ne quidez auditu ferenda. Neꝗ ei
talis calamitatum natura·vt ſint qui etiaz nobis improperẽt .nr̃az
ꝗ ꝯſueſcunt mordẽ animã. Reſpice mihi dñter vel hoc in loco man-
ſuetudinem ad deũꝗ religionẽ.gnoſe illi9 adamãtine aie. Vbi eni ſe-
metipſm implicitũ malis vidit.q toti9 v̓tutis ſũmã impleuĩt. Ma-
los aũt homies et veneficos vitã ſcdis agẽtes reb9.non dixit qd ta-
le·qle qdem ex infirmiorib9 ꝯſueuerũt. Ad hec filios educaui·cũꝗ
ſolertia inſtruxi omni. Ad hec meam pauperib9 domũ aperui.quo il
los poſt curſus pegenis ſuſceptis. p nudis.p orphanis id me ſeq̃-
tur meritũ. Sed hoꝝ loco etiã oĩs ſacrificiȷ̃ meliora verba ptulit
illa dicens. Dñs dedit·dñs abſtulit. Si aũt ſcidit veſtimenta·comã
ꝗ totondit.ne mireris. Pr̃ eni erat et amator·pr̃ pluſꝗ·ꝛ oportuit
qdem nature paſſionẽ oſtendi·mentiſꝗ phiaz. Si vero neꝗ id feciſſ
fortaſſe quis et inſenſibilẽ hanc putaſſet eẽ phiam. At tu qui pecu
niam ſi amiſeris.ne ira aut alio pturbatõis malo conciteris.ſed vi-
riliter tolerans gr̃as deo et iob verba loqueris. Domin9 dedit· dñs
abſtulit. lucrum per hoc damnum facies . Quid dicis dñs abſtulit
fur abſtulit·et tu dicis dñs abſtulit·ne mireris. Nam et iob que dy
abolus ſurripuit.eadem et dominũ abſtuliſſe dixit. et quomodo hec
fur eripuerit·tu dicas qm̃ dñs abſtulit. Nam neꝗ illa gratiam mĩme
habeo·non mea·ſuum factum.neꝗ ſcienti neꝗ volẽti hec facta ſũt
Quomodo enim ſed tum nihil minus habz ab eis q dãt elemoſinas·

ille qui tunc non dat. Si aũt et ad vates te hortabuntur quidam. tu
vero dei timore qm̃quidẽ ꝓhibet. eliges magis non accipere pecuni-
am q̃m deo aduerſari. Eorum merito q̃ in pauperes cõtulerũt mer
cedem habes. qm̃ amittens gratias egiſti. potenſq; ad vates abire
contines non accipere magis q̃m ſic accipe. Queadmodum enim il
le dei timore actus. pauperibus impendit. ſic et tu dei timore. exp-
tos. nummos. ereptos non recepiſti. Priuauit te ille pecunia. tu te
ip̄m ſalute minime ꝑuaueris. Dolens enĩ in his que a ceteris male es
paſſus. ip̄e pluribꝫ temetip̄m implicabis malis. Ille te fortaſſe pau
pertate circumdedit. tu te gehẽnis offendis. Ille auctor mali. tuis
te exterioribus ꝑuauit bonis. tu eternis temetip̄m diuicijs priuas.
Triſticia te dyabolus confecit pecuniam ſurripiens. confice et hũc
ip̄m gratias agens: neq; gaudio eundẽ accumulaueris. Si ad vates ab
ieris. letum effeceris. ſi gratias egeris deo. mortalem illi plagam
intuleris. Et reſpice quid fiet. neq; eam inuenies ad vates abiens.
non enĩ illorum eſt videre. Si aũt quid dixerint rei quolibet compo
tes. et animam ip̄am perdes. et fratribus tuis deriſui eris. Atq; ite-
rum eandem male amittens. Nam demon ſciẽs vnam te nõ ferre tẽ
ptationem. atq; ꝓ hac tuum negare deum. Iterum p̄bebit pecuni
am. quo tibi occaſio accedat. iteruz ſeducere te atq; abducere. Et
queadmodum nos adũſus hoſtes illa exponimus arma quibus eos
dolore afficiamus. ſi vero eos minus dolere viderimꝰ. recedimꝰ q̃ſi ñ
habentes quo ip̄os mordẽ poſſimus. Sic ergo dyabolus ſi viderit deri-
dentem te. ac deſpicientẽ ſuos conatꝰ: cedit e via hac. non iã vlte-
riꝰ ꝓpinquans. Licz ergo tibi ſufferenti mercedem accipe tantã q̃n
tam ſi pecuniam volens ꝓieceris. Atqui non immerito ãmirabunt̃
magis eum qui cum gratiarum actione temptatões tulerit. q̃ꝫ qui
vltro dederit. Quid enĩ qm̃ hic quidem laudibus enutritur et con-
ſcientia. bonaſq; habet ſpes. et ꝑmo viriliter ferens pecuniarũ pe-
nuriã. tunc abiecit eas. Illi etiã annexe violẽter arripiũtur. Neq;
ꝟo eque eſt. eũ qui ꝑus paratus atq; ſuaſus erat a pecunia recedere
hancq; ſic a ſe emittere. atq; eum qui amore huiꝰ etiam tenet̃. eadez
ilico eſſe ꝑuatum. neq; iterũ multo tempe pecuniam deſpicere. et re
pente cõtingens damnũ tolerare poſſe. Qui enĩ paratus ad ingruẽ
tia mala fuerit. illata faciliꝰ tulerit. qui aũt cadẽs aĩarũ ſeſe cogita
tõnibus inuoluerit. ſi quid tale contigerit duplici turbat̃ malo.
exinſpirato ſcilꝫ q̃dq; omne ſtudium ſuum pereat. omniſq; adid ꝑpa-
ratio non parum ad dolorez intereſt. Sz oĩm eſt intolerabilius ſi q̃s

malis ſe exutum putans. atq̧ ip̄m puenisſe ad finem. et curā omnem cogitationemq̧ depoſuerit. iterū pncipiū aliud malorum inueniet Quare enim vxorem iob cum liberis non extinxit dyabol9. Quoniam viderat ſcȝ magna ſecum coopaturā ad illius inſidias. Si eniū inquit paradiſo eici adam. multo magis a ſterquilinio iob ſupplantare potero. Et reſpice maliciā. Neq̧ ei bobꝰ pereūtibus hac machinatione eſt vſus. neq̧ aſinis. neq̧ camelis. neq̧ domo dirupta. neq̧ liberis macerie tumulatis. Sȝ tacet. tandȝ. atq̧ ſilere permittit dimicatorem videns. Cum autē vermum fons erupit. pelleınq̧ corrumpi atq̧ dilabi vidit. exeſam carnem ſanie multis ſcȝ putoribus plenam. Cumq̧ torqueret. cum et ſartaginis et fornacis om̄i flamma acerbior conſumens dyaboli manus. omniq̧ fera truculentior. continuo comedēs. atq̧ excedens corpus. et pleraq̧ tempora tali in calamitate tranſirent ꝓpterea ſitiens liberationē. moriq̧ cupiens vt pote que reſpirare non poterat. ſi poſſem dicebat memetip̄m vendicare. vel alterum qui mihi id conferat deprecari. Tunc ipaȝ introducit. et inquit vſq̧ quo expectas dicens. Ecce ſuſtineo temp9. adhuc paululū. expectās ſpē ſalutis mee. et moleſtātem ſemper ille ſolans acrepellens talia dicebat. Paululum adhuc expecta. et celeriter horum erit finis. Improperans igitur ſibi inquit. Nunquid et nunc id ip̄m dices. Multum iam temporis p̄terit. horumq̧ non videtur finis. perīt enī memoria tua de terra. filij tui et filie vētris tui labores et dolores quibus inuanum cum gemitu laboraui. atq̧ errabunda ego et ſerua quedā. locum ex loco. domum ex domo petens. neq̧ enim mendico ſolum. ſed errans vado. ſeruitioq̧ nouo et inſueto ſeruio. vbiq̧ circūiens pignuſq̧ calamitatis mee mecum ferens cunctos edocens mala mea. Et qd̄ oīm eſt miſeriuſ. ſoliſq̧ plerumq̧ occaſum preſtolor. quo vel ab erumnis meis. atq̧ ab his qui me circumdederunt laboribus quieſcam Sed dic quod verbum ad dominū et morere Quid aūt beati9 hic adamanteq̧ durior. reſpiciēs in eam amare. O mentem caſtam. o morigeratam. atq̧ ante vocem ab ipſo ꝓſpectu machinamēta repulit. Illa qdē viſa ē lacrimarū mouē fōtem. hic aūt leone truculentior factus furore plenus et iracundia. et inquit. Vt quaſi vna de inſipientibus mulieribus locuta es. Si bona ſuſcepimus de manu domini. mala aūt quare non ſuſtineamus Quibꝰ ex cauſis illa nobis dedit de9. qualis rependis mercedē. nullā neq̧ enim meritis preeūtibus nos in terra beatos hactenus effecerat dn̄s. ſed vltro atq̧ ſua de bonitate ſolum hūanitateq̧. Nud9

exiui de ventre matris me. nudus reuertar illuc. Fingite igitur vo
biſmetipſi dimicatorez ipm. atqȝ exiſtiamate ſummum illum videre ſi-
nuqȝ medio ſedentem ſtatuam auream pcioſam. Quomodo eum no-
miem neſcio. nequeo tam pcioſam inuenire materiam vt compare q̄
am. percuſſum illud vulneratumqȝ corpus. adeo pcioſa om̄i materia
valde ſupraqȝ modum carnis illius natura clarior apparuit. vulne-
raqȝ ſolaribus radiis letiora. hii em̄ corporis illuſtrant viſum. illa ve-
ro mentis noſtre illuminant oculos. Quis vidit. quis audiuit tales
tamqȝ mirandas dimicationes. nam exteriorum agonum pugiles.
cum aduerſariorum capita ceciderunt. tūc demum vincunt ꝛ coro
nantur. Hic aūt cum iuſti corpus deicit tunc et vict9 fuit et abiit
Quid factum eſt o dyabole. cui9 rei cedis gratia. nuz cuncta ꝑ nu
tu ſequūtur. Num eius perdidiſti greges. Num boum equorum mu-
lorumqȝ armenta. Nuz chorum illum liberorum perdens. et vniuer-
ſam inſuper carnem viciſti. Quoniaz factum eſt inquit. ome qd vo-
lui. qd autez fieri maxime volueram. atqȝ ob id cuncta fueram cona-
tus. id minus factum. Neqȝ em̄ blaſphemauit id dum min9 ſit. nihil
magis ab illa pecuniarum iactura accedit liberorum interemptiōe
et corporis plaga. quinimo contra qd minime volebam cōtigit hoſtez
letiorem aduerſariuz clariorem effeci Noſti quale tribulationis ſit
lucrū. Bonuz quidē erat corpus ſanitate vigere. multo tamē preci
oſius vel vulneribus conſciſum. Quoniā vero et vellera pulcra quidē
etiā dum illota perdurant. cum vero lauatoris opera demerſa atqȝ
exterſa fuerint incompabilez pulcritudinē decoremqȝ ſuſcipiūt. niſi
enim eundem ſpoliaſſet. nunqm optimā coronandi hui9modi nouiſ-
ſet habitudinez. Niſi em̄ vulnerum ſtimulis eius fodiſſet corp9. nuſ-
qm interiores radii reluxiſſent. Niſi in ſtercore ſedere coegiſſ; virū
nequaqm ei9 diuicias cognouiſſemus. Neqȝ enim rex tam illuſtris
in trono ſedens. qm ille tūc inſterquilinio erat ſic inſignis et celſus
Nam poſt regalem tronum mors. poſt vero ſterquiliniū illd celorū
regnum. Propterea em̄ ei9 ille ſacrilegus bona ſurripuerat. nō quo
afficeret morbo. ſed quo virtutez i eius anima ſupplantaret. Sz tam̄
vniuerſa remouēs eius machinamenta et pauperem pro diuite faci-
ens. hicqȝ qd magis horridum cunctis videtur. et cum qui multorū
fuerat liberorum pater orbatuſqȝ oino. vlcereqȝ feriens eius totum
corpus crudelius his carnificibus qui publicis verſantur in iudi-
ciis. neqȝ enim illorum vngues ſic effodiunt eorum latera. quos pe
na in ſuas dederat manus. ſicut eius lambebāt corp9 vermium ora.

et pellens eum non vrbe ſolum et domo · atq; in aliam transferens vr
bem · ſed ſtercora ſibi pro domo pro vrbe ſtatuens. At eo modo nuſ-
q̄m extimauit · ſed et per eas quas tetendit inſidias ſplēdidiorē red
didit · totq; et tanta diripiens · maioris ſibi virtutis diuicias cumu
lauit. Tu igitur ſi quis tibi tuam ſurripuerit pecuniam · ac genero
ſe tuleris · ipſam eorum qui pauperibus erogant vniuerſam mercedē
accipies. Queādmodum ſtudioſi etiam ab iniuriantibus lucrari cō
ſueuimus · ſic et pigritantes neq; ab his qui proſunt meliores effici
mur. Si enim iob tot tantaq; paſſus ē · nō ab homine ſed a demone ·
omībus hominibus peñore. Quis ergo ex eorum eſt nota · qui dicūt
Hic mihi eſt iniuriatus · ille me ſpreuit · quale reſponſum habebit.
Si enim dyabolus tanta redundans malicia vniuerſa eius mouens
organa · vniuerſa mittens tela · atq; quotquot in hominibus erant
mala attrocitate multa · multaq; cum vehementia · et in domum iuſti
et in corpus · nullam intulit viro iniuriam ſed magis profuit. Quo
modo poterunt alii illum · et illum accuſare quaſi ab his · non vero a
ſemetipſis iniuria affici. Miraris tres pueros et ego · quoniam con-
tra caminum ignis ſunt auſi · quoniam contra tirannum inſurrexe
runt · deos tuos dicentes non colimus · et ſtatuam auream quam e-
rexiſti non adoramus · ſed grande illis erat ſolamen · manifeſte ſcire
quoniam ꝓpter deum hec eadem patiebātur. Beatus vero ille neſci
ebat certamina · et paleſtram eſſe que patiebatur · ſi enim ſciuiſſet ne
quaq̄m omnino que fuerunt facta ſenſiſſet. Cum igitur audiuit ·
Nunq̄d vanū putaſti iudiciū meū · ſ; vt appareas iuſtus · cogita quo-
modo nudo ex verbo reſpirauit · quomodo exinauit ſeſe · quomodo ſe
nihil paſſum fuiſſe putauit ex his que pretulerat ſic dicens. Quid
etiam iudicor correptus a dn̄o · et reprehenſus audiens hec. Imit-
temur igitur huius ſancti modeſtiam et dignitatem diſcētes · quot-
quot a patientia germinant bona. Sicuti enī in cōmuni orbis the
atro ſtans beatus ille glorioſuſq; vir · omneſq; ſibi pertingentes paſ
ſiones mouet · nouitq; omnes contingentes tolerare caſus: neq; vſ
q; ingruentibus malis cedere · Haud enī in humanis eſt paſſio · que ſo
lacium inde accipere non poſſet. Que enī in omni orbe ſparſe paſſi-
ones ſūt ſi in vnū coeant · facile in illius corpore apparuerint. Que
igitur erit illorum excuſatio qui nequeūt · vel partem hanc illatoꝝ
malorum cum gratiarum actione ferre · qui n̄ modo partē · ſed vniū
ſa amiſit. Alii naufragiis incidentes ad paupertatem redacti ſunt
Item alii infirmitate et morbo · a nullo neq; vllum auxiliū ſuſcipere

Biblioteka Główna w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

Et quid hoc. recordare eorum que iob euenerunt. gratias age dño prohibere potenti et non ꝓhibenti. Si in paupertate degis et fame. milleq̄ periculis. lazari recordare paupertatis ſolitudinis. milleq̄ aliis hui9modi dimicantis. et hec plimā poſt virtutem. Memento apl'orum qui in fame et ſiti nuditateq̄ viuebant. ꝓphetaruȝ iuſtorum. atq̄ omnes ipos inuenies. non diuitum. non diuiciis poſitorū ſed pauperum. ſed tribulationibus. ſuſpiriis afflictorum partes ſuſtuliſſe. hec autē hui9modi aput te colligens. redde deo gratias q̄ te ad hanc ſortem vocauerit. non iam odiens. ſed vehementer amās Qui quidem non illos odiens tot permittebat aduerſis laborare. ſȝ quoniam vehementer diligebat eos. per ipa mala ſplendidiores illos reddidit. Si enī homies qui in eorum cauſa inſudant. ſine mercede ſine retributione abire non ſinunt. Multo magis deus eos qui tot ī ſudauerunt laboribus. non permittet quādoq̄ ſuorum laborum repenſatione fraudari. Sȝ neceſſe quoddaȝ alterum tempus eſſe poſt mortem. quo laborum mercedem accipiant. Nam et multos audiui dicentes. Ille et ille manſuetus quidem mitiſq̄ exiſtēs homo. ab altero iniquo quodam maloq̄ quotidie in iudicium trahit. alter inique calumniat9. alter demerſus eſt inquit. alter p̄cipitatus. et de9 hec fieri permiſit. Quare. ne cito in inſaniā eleuentur mirabiliū magtudine ac opeꝝ pfectione. pmiſit eos de9 affligi. atq̄ ne maiorē de hūana natura ceteri habeant ſuſpicionē. deos non homies eoſdē eē dicentes. Et vti dei v̇tus appareat. p infirmos. p vinctos vincēs ꝛ ſuperans. p̄dicatoēȝ ſuā adaugēs. atq̄ vti illorū ipoꝝ patīa māifeſtiō fiat. n̄ ꝓ mercede ſuientiū. ſȝ ꝛ bonā tam abūde volūtatem oñdēdaȝ Et vti poſt tot mala tēpeſtiue atq̄ oportune. ſcā eoruȝ mens appareat. omeſq̄ ſtimulāti adūſis. abundanci9 et ſolacium habeant ꝛ fomentum. ad illos reſpicientes. atq̄ memoriam habentes eorū malorum que ſibipis contigerunt. Atq̄ vti quando exhortamur vos ad illorum virtutem. et ad veſtrum dicimus vnumquēq̄ imitare paulū ſelo petrū ſeq̄re. nequaq̄ exiſtimetis geſtorum excellentia pfectione q̄ altera eos pticipaſſe nat̄a. ꝓpterea ad imitatōȝ pigri9 excitemī atq̄ cum oportet aliquot vos vel beatos dicere vel miſeros. dicamus quos quidē et beatos exiſtimari decet. quos ve in erūna miſeriaq̄ cōſtitutos. Si aūt diſcere volueris qm̄ non malefacere hoc fortiores facit. ſed inferentes mala tolerare. Reſpice iacob. quō q̄ntūcūq̄ a labā iniuriatur. Quis ergo fortior erat. qui eum in manus accepat. non audens tangere ſed timēs. aut qui ſic abſq̄ armis ꝛ exercitibus

mille regibus ſibi tribilior factus·nonne hic Quēadmodum enim
ignem calcans ſemetipm̄ excoquit. et adamantem percutiens ſeipm̄
ledit·et qui contra ſtimulum calcitrat ſeipm̄ vulnerat·ſic qui offē
